

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Die relig.  
Verhält-  
nisse.

Hic annus ab initio per multos menses superiori non multum dissimilis fuit, imo vero ex parte etiam periculosior. Nam status *Hornenses* adhuc instabant et urgebant sua gravamina acriter apud Regem, qui tamen illis vel parum vel nihil annuebat. Interponebat se piissimus et clementissimus frater Archidux *Maximilianus*; D. *Glöselius* nominatus episcopus *Viennensis* erat director regius, omnia ubique erant suspecta et infida. Quocirca DD. praelatis opus erat sibi, suis monasteriis subditisque diligenter attendere et omnia circumspicere et advigilare. Nam certo palam in ipsa etiam aula regia spargebatur status politico in animo habere, nisi Rex suis postulatis satis faciat, monasteria invasuros et occupaturos, imo ipsa monasteria inter se iam dispartita esse. Hic ergo fuit progressus huius novi evangelii. Habebat Rex satis copiosum exercitum, sed non audebat urbibus atque adeo ipsi metropoli *Viennae* fiducialiter confidere. Habebant status non minorem numerum militum pariter instructum, ut regius exercitus erat. Ubique in pagis plane, nedum in oppidis aut in urbibus vigiliae et excubiae noctes atque dies agebantur; erat, ut uno verbo concludatur, status deploratissimus. Qui enim peior esse posset, ubi membra cum ipso capite, a quo ad omnia membra influxus est, dissideant?

Garsten.

*Garstensis* D. praelatus similiter sibi suisque de aliquo milite, quo saltem ad aliquam de improvise impressionem cum suis aulicis et quibusdam rusticis aliquamdiu resistere posset, prospiciebat. Et ut securius omnia peragerentur, saepius ipsemet noctu in suo monasterio excubias perlustrabat aliaque omnia circumquaque caute circumspiciebat. Interea, quae ad rem divinam attinebant, per suum clerum religiosum omnia cum maiori attentione et devotione peragebantur.

Steyr.

Qua in re etiam egregiam suam operam praestitit D. Dr. *Falbius* sive concionando sive *Styrae* catholicos consolando. Unde 4. Ianuarii celeberrimam doctissimamque concionem *Styrae* habuit contra omnes tyrannos et rebelles subditos demonstrans per multa exempla nunquam tales felicem exitum consecutos.

Interea adfertur *Styram* ultima statuum resolutio ad Regem, quae nimirum sit eius mens.

Gesandtschaft nach  
Wien.

His diebus catholici senatores iterum inter se consilium inierunt, ad quod ipsum etiam Rmum. *Garstensem* adhibuerunt, sine cuius praescitu nihil singulare agere volebant. Unanimiter itaque denuo concluderunt de rursus mittendo aliquo fideli viro ad Regem adhuc *Viennae* commorantem;